

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs  
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus  
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione .... Editio  
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.  
Sacramenti ...

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

In Festo Commemorationis Omnivm Fidelivm Defvnctorum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

40.

nostris benignas aures accommodate. Nolite vero imitari ingratum illum Pharaonis pincernam, qui ergastulo solutus & à Rege suo in pristinū dignitatis locum sublimatus, captiuo: Joseph oblitus est, qui eidem tamen cum illo carceri inclusus fuerat. Vos autem Sancti glorioſi, qui nostri olim in paenitentia & afflictionib. ſocij exſtitifis, qui eodem, quo nos modo, carcere clauſi fuistiſ, hanc ingratitudinem & inhumanitatem nolite imitari. O ter beati Sancti, qui felici Zephyro afflati optatum in terra viuentium portum intraſtis, nostri quæſo nolite obliuisci, qui in procelloſo hoce mari plurimis obnoxij caſibus adhuc fluētumus, quiq; ad etiudem portum aspiramus; curſum nostrum dirigite, ut peritissimi nauæ in tempeſtaribus nobis affulgete, & ex optata cynoſuræ luſen nauigantibus præbete, & lucidiffimæ lampades, felices viatores, qui poſt tot confecta itinera in patriam tandem perueniſtis; cum nos misericordia etiamnum peregrinemur, licet interea dum in terra hac exilijs verſamur, ad perpetuę hoc quietis domicilium aspiremus; & conduce nos, dirigite iter nostrum, vias nos edocete, per quas ambulantes peregrinationem nostram peragamus. Sed o Sancti felicissimi, iterum nostri mementote, pro nobis intercedite; & quoniam animæ in Purgatorio adhuc detinentur, & oculos suos in nos & nos etiam coniiciunt, veſtraque ſufragia, & ſimil noſtra efflagitant, noſtra veſtris vota coniungimus, proque iis vñani- mi oratione, veſtra gloriæ valedicentes, dicimus, Requiescant  
in pace.

¶(1)¶

## IN FESTO COMMEMORATIONIS OMNIVM.

BIDELIVM DEFVNCTORUM.

Eorum.

Partitio.

1. De moris memoriā.
2. Quam illa sit utilis.
3. De cura pro mortuis.
4. Varia gentium & variarum in mortuos curam.

Requiem eternam dona eis Domine, & lux  
perpetua luceat eis.

FIGURA.

Felix ille Princeps Dauid, qui ex humili o-  
ficio pastore ad sceptra Iudeæ euectus  
est, audito fortissimos Israeļ vna cum Saule  
& Ionatha in montibus Gelboe occubuisse,  
lachrymabundus ac ſuſpirans ſuos omires ad  
ieunia, ſuſpiria, & lamenta inuitabat, ſingu-  
lantuſ; verba interrumpere huicmodi leſſo  
defunctorum miseras deplorabat: Considera  
Iſrael pro his, qui mortui sunt super excelsa tua  
vulnerati: Incliti, Iſrael, ſuper montes tuos inter-  
fecti ſunt: quomodo ceciderunt fortes? Quomodo  
ceciderunt fortes in paliō? Ionathas in excelsis  
tuis occiſus est? Quomodo ceciderunt robusti,  
& perierunt arma bellicia? Iſum mihi hodie-  
na die facere videor. Audiens enim, acer-  
bo omnes Pontifices, Reges, Principes, tot  
viros illuftris & nobiles, qui in mundo vnu-  
quam vixere, fato occubuisse, plorans & in-  
gemifeens, fideles omnes ad plorandum,  
ieunandum, & orandum inuito, omni-  
umque auribus voce intensa exclamo: Con-  
ſiderate obſecro Christiani pro his, qui  
ferali mortis iacula lauiciati in cœmeterijs  
veſtris ſepulti requiescunt. Respicite tot  
nobilitatis inſignibus illuftris, diuitijs af-  
fluenteſ, doctrina & scientia celebreſ,  
qui in tumulis modo iacentes in putredi-  
nem & vermes conuerſi ſunt. Intuemini,  
quot Monarchæ potentissimi, quot mulieres  
ſpaciosiſſimæ, quot nymphæ, quot Helenæ,

quorū

quot Lucretiae in pulueres & sordes redacte, in sepulchris vermes, bufones, & viperas sanguinent? Horum mecum casum deplorate, ieunia pro animabus eorum vobis indicite, preces pro ijs ad Deum fundite, sacrificia offerri curate, vestrisque suffragijs eisdem succurrite, atque hac potissimum die, qui omnium fidelium defunctorum exequijs obsequijsque ab Ecclesia destinatus est: die, quo commune pro omnibus mortuis funus indicitur, quo templorum parietes lugubrem amictum præferunt, campanæ tristem sonum edunt, & quo ipse funebrem pro ijsdem orationem facturus huc ascendi. Paracletus Spiritus sua nobis gratia, ac Deipara Virgo suis apud filium precib. adesse dignetur, quam Angelica proinde salutatione compellemus:

## AVE MARIA.

I.  
Eccl. 14.

Salomon ille Regum & mortalium omnium sapientissimus, cum probe teneret, quantum homini mortis memoria utilitatis afferret, quamque ei ad salutem necessaria foret, omnibus omnino hominibus ait: *Memor esto, quoniam mors non tardat, et testamentum inferorum, quoniam monstratum est tibi*, quasi dixisset: Noli perpetuam tibi vitam polliceri o homo, aut annos spondere Nestoreos, sed mortis tua nunquam non memor viue, & cogita iam a fascibus ciuius fores tuas pulsari, ac proinde dispone domui tua, testamentum conde, deque sepulchro tuo quid fieri velis constitue. In horum verborum sensu Iansenij interpretationem sequor, qui pro ea qua praeditus fuit literarum sacrarum cognitione per verbum *Inferorum* sepulchrum dixit significari, ita ut sensus sit: Memento quicunque demum sis o homo, & quocunque in loco degas, mortem tibi nocte dieque instare, astare, citoque gressu te insequi, ut te semel comprehendat.

Egregium nobis in hanc rem emblemata in Apocalypsi sua suppeditat Ioannes, quo loco vidisse se testatur equum pallidum, & e- quitem eidem insidente, cui nomine mors, cui super quatuor terræ partes & orbis car-

dines potestas data erat, omnia vt vindice gladio interimeret, & ipsas quin etiam bestias necaret. Mortem scilicet equo vehementem vidit, vt eius celeritatem, quamque citatis eadem gressibus ad humanum effundendum sanguinem, diuina iusta implenda, vitam, hominibus eripiendam feratur, exprimeret.

In ipso quidem rerum creationis primor. In mundo mors non nisi pedibus incedebat, ac exordio quodammodo claudicans in longum mors non nisi pe- talibus tempus vitam prorogabat, dudum- bus mors que morabatur, antequam in noxios animi incedebat, aduerteret. Non gentes enim a tritiginta A. iam vero- damo ad paenitentiam annos conceffit. No- quo invidet achum nongentis quinqquaginta, ac multo etiam post diluvium ipsum tempore perse- cuta est, nongentis & vnde septuaginta no- uem cucurrit annis, antequam Mathusalem comprehenderet. Atiam in sider equo, atque ita ad cursum educta est, nihil vt eadem sit celerius, nosque statim, interdum post an- num, non unquam post decem, viginti, tri- ginta, comprehendat, ac longissimum, quo eam fugere possimus, tempus octoginta, ad summum centum sint anni: quibus euolutis tandem in uitis etiam manus injicit, atq; ad supplicium rapit etiam reluctantibus. Vnde be- ne ac vere dixit olim Sapiens, *Memor esto, quoniam mors non tardat.*

Babylonij, vt mortis celeritatem & in- Eccl. 14. stantiam ad oculum exprimerent, mos erat, Alexander ipsa qua Rex eorum inauguraratur die, qua ab Alexan- tuor regio throno auiculas appendere, qua Babylonio continua alarum agitatione ac volatu ante rum mos Regis triumphantis ac gloria tumentis ocu- in regum los expirarent. Hoc illi Regera facto edoce inaugu- re voleant, vitam haec nostram fragilem ac tione, nimis cheu fugacem esse, eamque adinstar aus per aera celerrime prætervolantis per- transire, & mortem eidem perpetuo insidia- ri, ac de loco in locum assidue insequi, ut po- te qua & regibus, aut orbis Imperatoribus parcere neficiat. De huius porro veritate hi- storiæ vtque adeo mihi non constat, & quā- cōsuetudo uis Alexander ab Alexandro candem literis in Rom. consignarit, dubito tamen, num ille sua eam Pontificis auctoritate valeat astruere. Sed hoc scio de coronatio- nis Ecclesia Romanæ esse consuetudine, in so- leanni

Ienni Principis eius, id est, summi Pontificis inauguratione, ut mortis memoriam vitæque fragilitatem in mentem ei reuocaret, Spiritus sancti ut credendum est instinctu, stupram accendere, & hæc ei verba repetere: *Pater sancte sic transit gloria mundi: quasi diceretur, Noli sanctissime Pater, noli inordinate erga hanc vitam affici, mortem semper ob oculos habe, & cogita mundi humi gloriam instar stupra in momento transire, & similitudinem fumi in auras euancescere.*

*Mach. 15.* Cum Ionathas Mathathiae filius dolo Tryphonis circumuentus interfactus esset, Simon frater eius, qui in illius locum dux constitutus erat, corpus eius in patrum suorum sepulchrum, quod in ciuitate Modin visebatur, intulit, utque nomen eius æternum foret, & famam ad posteros transferret, superbum illi ac magnificum monumentum erigi iussit, septem pyramidibus in nixum, quibus ingentes columnas circumposuit, columnis vero arma & gentilitia nobilitatis addidit insignia, armis autem naues sculptas adiunxit, quæ ab his, qui mare nauigarent, conficerentur: quæ omnia magno artificio singularique elegancia perfecit. Cur porro naues huic monumento apposuit? ut æterno hoc opere posteritatem commonefaceret, vitam hominis hoc in mundo similem esse cursui natis medio in mari nauigantis, atque omnes illos, qui tantam sibi in hoc mundo gloriam pepererunt, & tam celebre nomen ad posteros transmisere, eadem omnia celeritate mare hoc percursisse. Huc visus est allusisse Iob, cum diceret, *eranferunt quasi naues, neq; n. tanta celeritate naues ab aquilonibus & austribus Austris agitatæ feruntur, quam fugiant improborum dies in hoc mundo, quorum vita instar fumi euauit.*

*Vita hominis instar fumi.*  
*Psal. 10.* Regiam hanc cogitationem menti semper insculptam gerebat regius vates, & numquam non ingemiscerat dicens, *Defecuti sunt fumus aet. mei.* Filius & successoreius Salomon idem pene semper animo voluebat, atque impios apud inferos hanc vitæ breuitatem semper deplorare, atque his querimonis vti: *Quoniam spes impij tamquam Bessa tom. 3. De Sanctis.*

*fumus, qui à vento diffusus est, & tamquam memoria hospitis unius dei praeteremis, cuius memoria, quam primum ut diuersorio egressus est, euanscitur.*

Apposite sane. Videmus namque quotidie Mundus diquantum hospites viatoribus hospitium in uersorio trantibus honorem exhibeant, quam diligenter eis omnia necessaria subministrant, & quam sedulo illis obsequantur, interea dum apud eos diuertunt, sed statim ut profectio nem illi adornare incipiunt, & expensarum rationes subducuntur, quam cate omnia aestimant, quam exacte singula computant? mox vero ut domo egredi sunt, nulla amplius apud eos horum viget memoria: adeo ut multum se illis honoris exhibuisse existiment, si vel affixa partici exteriori tabella eorum memoriam conseruent, hac addita epigraphe, Tali mensis die atque tali anno ille hic nobilis, ille Princeps diuertit, tali die talis hoc hospitio Dux exceptus est. Mundus hic, Auditores, vetissimam diuersorium est, qui nos, interea dum hic peregrinamur, in introitu & exordio humaniter admodum habet, & dum vitæ moras in eo trahere oportet, magna voluptate perfundit: sed in vitæ exitu tyrannum se illis exhibet, nudos & vdos in sepulchrum velut in pistrinum compingens, adeo ut postquam feme pede hinc eos extulisse cōtigerit, maiorem eorum memoriam non habeat, quam si unica tantum hora apud eum diuertissent: ut magnū quid se fecisse arbitretur, si aliquod interdum eorum monumentum templorum columnis affixum videatur, & sane ipsa Epitaphia, bases, obelisci, pyramides, quæ in sublimi erat & superbiori, aliud nihil sunt, quam inscriptions funebres, & tituli hospitorum, ut ex iis transientes colligere possint, talēm hic Præsidem, ralem Episcopum, talēm Principem hospitio exceptum esse. Dicite ergo, nūl ure meritoque dixerit Sapiens, *Memor esto, Ecclesi. 14. quod mors non tardat.*

Ingenij ac doctrinæ Princeps Platō dicere Platonis & solebat, prudentes ac sapientes sibi scho- pophthalam quamdam constiueret, in qua aliud gma. præter vitæ breuitatem, & mortis celeritatem non doceretur; eiusque meditationem vera, ac germanæ quoddam Philosophiæ

Rrrr geaus

genus esse; scoldos vero ac fatuos academiam obliuionis, quod nunquam mortis ac nouissimorum recordarentur, semperque de vita proroganda cogitarent. Et enim vero verius, probos, ac virtutem coientes vivendo sensim mori, improbos vero & nefarios moriendo vivere, vitamque semper sibi proponendo mortem pedibus concilcare, quibus nimis displicat, vultus eius furorem, ac minas intueri: aduerlus quos exclamat Propheta David, mortem illis interminatus. *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes* id est, Imperiet tandem aliquando Domine superbis illis & effrenatis peccatoribus mors, & quoniam ipsi eamdem pedibus substrauerunt, fac oblecto, ut ipsa illos tandem etiam subfertant, & quoniam aumquara eius in vita memores fuere, iure ac merito idcirco ad inferos descendant viuentes. Irascitur ecce peccatoribus pius ille Rex, quod mortis nullam memoriam haberent: Deus autem grauiter propter hoc ipsum nonnumquam exacerbatur.

Psalmas 54.

Cantic. 1.

Bern. sup.  
30. cap.  
Cantic.

Amauit ille sponsus in Canticis colloquium cum dilecta sua instruens, subiactus in ipso exordio videtur, & acerbioribus eam verbis allocutus: *Signore te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi.* Referri possunt tropologice verba haec ad Deum, qui dilectam sibi sponsam, animam se illis interdum alloquitur, quorum sensus & medulla haec est: O anima, quae inter creaturas omnes pulcherrima es, si inani te cogitatione abripi finis, nec tuam fragilitatem agnoscis, & quae sis, vel vnde, aut quam vilis, ignoras, nec unquam mortis aut Dei tui reminisceris, *egredere è domo mea, & abi procul à consortio sodalium meorum, à quo te, nite cognoris, posthac excludo: Dura*

*& spora, inquit in haec verba Bernardus, intrepatio hac: quip, ex verbo serui audiire solent à*

*valde irascientibus & indignantibus dominis: vel*

*ancilla à dominabus suis, cum grauiter illa offendit: Exi hinc, exi à me, egredere à conspectu meo,*

*& à domo ista. Hoc ex verbo astro & azano fa-*

*tu nimis, que intrepatorio utitur modo sponsus*

*contra dilectam, sub conditione ramen, si seipsum*

*ignorauerit.*

Cum Dominus apud Ierem. calamitates & infortunia, quæ Iachim regi peruersissimo & idolatriæ impendebant, prenuntiaret, inter cæteras minas intentauit, sepulcra asini cum sepeliendum, dicere vult, inter monumetum regis huius, qui adeo superbij, & ceterices tam sublime erexit, ac sepulcru asini, quo nullum animal aut vilius, aut abiecius, nullum omnino discrimen futurum. Quid hoc sibi vult; quis audiuist vnquam asinos fuisse sepultos? Referunt quidem historiæ Bucephalum Alexandri equum regio mādato terræ mandatum esse, at de sepulcro asino nulla vñquam apud scriptores fit mentio. Et nibilominus Deus, qui mentiri non potest, Iachim regi asini sepulturam comminatur. Dum omnes loci huius cōsulio interpretes, nullus est, qui melius meo gustui satisfaciat, quā Glossa interlinearis, quæ hoc senz verba hæc exponit: *Sepulcrum asini, tumi stomachi terem. & carum & ferocum bestiarum, & aues rapaces.* Per hanc igitur comminationem signare voluit Deus insolentem, & arrogantem hunc regem terre in viscibus non sepeliendum, quod terrena lue originis semper immemor exstisisset, sed quoniam instar bestiæ & iostar asini vixit, asini quoque ritu sepulcrum mandandum: qui quoniam terram aumquam, ut matrem volunt agnoscere, neclatum, ut principium ortus sui intueri; ideo tetram eum loco filii non habituram, nec lurum sepulcrum locum ei concessurum, sed canum, leonum, aut alteri? cruentem, aut carniuoram bestiæ stomachum loco tumuli futurum. O minas horrendas!

Magnus ille Patriarcha Abraham, ne hanc à Deo comminationem audiret, mortis memoriam animo ingiter icriptam gescit. Primum namq; quem possedit agrum in sepulturam suam & Saræ vxoris destinavit, ut nobis ostenderet, primam animam curam & intentionem esse debere, mortis perpetuo reminisci, ac sepulchrum suum ob oculos nunquam non habere. Placet prior ille conceputus, ut & hic, quem mox subnecto.

Voluit in Leuitico Deus, locum cinerum, *Lexit. 1.* in quem & immolatarum avium plumæ congregabantur, ad orientalem, non autem ad occidentalem plagam vergere: *Et plumas* *proi-*

projicit prope altare ad orientalem plagam, in loco, in quo cineres effudi solent. Quid vobis locus hic cinerum aliud denotare, quam sepulchrum videtur, in quo omnes penitus diuitiae, honores, voluptates, cunctaque vita nostra deliciae, qua ad instar plumarum sunt, quibus homines superbiendo in altum efferuntur, coniiciuntur? homines namque verae quædam aues sunt ad mortem destinatae, quæque omni momento & hora crudeli illi vltirici & carnifici in sacrificiū immolantur. sed mysterio catere non existimmo, quod cinerum ille locus ad orientem sit: sit docemur enim cineres & putredinem semper nobis ob oculos, quos designat oriens, non vero à tergo, cuius imago est occidens, versari debere, ac mortis memoriam penitus insculpendam esse, & nunquam animo deponendam.

Atque hinc est, quod Sancta mater Ecclesia, quæ omnium fiducium defunctorum hodie cōmemoracionem celebrat, vt mortem nobis in mentem reuocaret & nosque ad preces pro defunctis effundendas cohortaretur, hanc nobis formulam propoñat; *Requiem eternam dona ei Domine. Et lux perpetua luceat eis.* Libera eos purgatoriij ergaftulo, poenas eorum minue, aut potius penitus rescinde, vt in lucis regione constituti, te, qui verum lumen es, videre mereantur. De lugubri hac materia hodierna die ad vos verba facia. Et quoniam dies hic nouissimi mortuis & defunctis sacer est, & nos mortales sumus, de nulla re alia, quam de morte, deque suffragijs pro defunctis hic loquar.

Principio igitur ipsa mortis memoria Christianis omnib. in primis necessaria est ac perutilis, quæ nobis idecirco toties tamque diversis rationibus inculcatur. Haec enim una præ plurimis alijs cogitatio modo cum utilitate ac debita ratione adhibeat, omnē vitæ nostræ scriem dirigere potest ac moderari. Verum autem me dicere ipsæ docebat hystoriae Plurarch. enim cum Traianum Imp. qui eius olim discipulus extiterat, misla quadam epistola docuisse, quas virtutes sectari, quænam vita fugere, & quibus cum rationibus laudabilis ac boni Princis officium implere oportet, post varia quib. id confirmat præ-

cepta, facile eum omnia impleturum dixit, si unica mortis ad hęc omnia accesserit memoria: *Ego scio, inquit, quod hec omnia feceris, si tui nunquam oblitus fueris, i.e. conditionis & originis tuæ, & si memineris, quæ fragilis hec vita sit, quamque cito splendor eius ac pulchritudo euaneat. Et si quis nō miretur, aliud à tanto Philosopho præceptum tanto Imperatori ad tam vastum & late patens imperiu prudenter ac sapienter administradum datum non esse, quam unicam mortis meditationem?*

Accedit ad hęc, quod superbos & insolentes animos intra moderationis limites cogat mortis unius & quodammodo retundat, veramque animi cum aduerdemissionem hominibus inferat. Hinc in suis super-Machabæorum historia legimus, superbum biam remedium & arrogantem Antiochum, cum à verdiūm. mibusse depasci videret, & à morte instantे vrgeri, in hęc verba, quæ candido signanda sunt lapide, protupisse: *Instum est subditum est. 2. Mach 9. se Deo, & mortalem non paria Deo sentire, suamque fortuanam cum diuina non comparare. Quantam igitur utilitatem affert mortis & nouissimorum meminisse?*

Salomon quoque rex, quo nullus vni-  
quam existit sapientior, quoties cum vanitas & mentis elatio extra humilitatis terminos abriperent, vt earum imperus retardaret, hoc ipso frāne usus est, atque his sele in medijs pralijs verbis allocutus, *Sunt quidem Ego mortal, homo similis omnibus, quid enim est, quod me à vanitate aliorum abripam, cum mihi quoque moriendum sit, & impia huic Parcæ & carnifici non secus ac reliqui mortales obnoxius sim, & ad sepulchrū vna cum ipsis condemnatus; quantum igitur prodest mortis memoriam ante oculos habere?*

Barnabas & Paulus Salomone Rege in hoc anno inferiores fuere: cum n̄ essent Lyctris (quæ ciuitas Lycouiae ac Sancti Timothei parria est) & ciues eos propter miracula, quæ virtute & cooperatione Dei ediderat, vti deos quoddam suspicent, colerent, adorarent; ad inanes has laudes reprimendas, & populares glorie fastus procul à se reiiciendos, mortis memoriar, velut singulare quoddam antipharmacū adhibuere, discisis tunicis eorum in-

Rrrr 2 solea.

Mortis me-  
moria ho-  
minib. per-  
utilis est.  
Plutarct  
Epist ad  
Traian.

solentiam increpantes, *Viri quid hac facitis?* & *nos mortales sumus, similes vobis homines.* Ad eundem modum & tu o homo, vt omnia in tuam viilitatem interpreteris, eur mundum, quando diuinis te mactat honoribus, teq; ad inanem gloriam sollicitat, a te no rejeicis, aut compelsis dicens: *Quid facis mundo? quid cogitas? an ignoras mihi propediem hinc esse discedendum? nescis me iam a multis annis, ab ipsa etiam nativitate, sepulchro viuere destinatum?*

*Gregor. Th. - Carolus, qui rerum gestarum gloria inclitus, ac muiris victoriis nobilis Magui cognoscitum inuenit, cum in extremo virte articulo constitutus a suis rogaretur, ecque insignia, quemam arma, aut quorū trophæorum imagines, in tota victoriaturā, ac luculentorum facinoru[m] memoriam, sepulchro affigi vellet;*

*respondit, referente Turonensi Gregorio, sola mortis insignia cupere: quæ nimirum omnes illius victorias in nihilum redigisset, cōculasset, deque se victore triumphum egisset. Non pergit Aegypti pyramides, non quaesuit Mausolea Carię, non ambiuit regalia insignia, non signa bello parta, viētrices Rōm. Imperij aquilas, non sceptra, non diademata, non denique perennaturam rerum gestarum gloriam, quæ apud posteros immortalis habetur, sed vnicam mortis memoriam. Sola ecce mors deicxit & debellat eum, qui totum, quæ patet, orbem nominis sui fama compleuerat, & armorum terrore concusserat. O fatum vere regium: & Epitaphium penitus diuinum!*

*Impius ac sceleratus Cain ex quo parricidali fratrem peremit manu, toto tremuit corpore, ac nunquam non timuit; putabat enim se ab omnibus, qui cunq; se inuenissent, occidendum: sed ait ad eum Dominus: Nequam ita siet, nam omnis, qui occiderit. Cain, septuplum punietur. Posuit enim in eo signum, quo viso nemo in eum manus auderet mittere. Hic sudant interpretes, & magnopere laborant in signo hoc inuestigando. Hieron. sape, & Ambrosius, & Tostatus optime mihi hic ad gustum faciunt, in quorum trium virū sententiam equidem libens concedo, aut enim signum hoc tristem mortis memoriam fuisse, quæ mirum adeo eum cōsternabat, ac*

terrefaciebat, toto vt corpore tremeret, atq; ita quicumque eum viderent, manus ab eo continerent. Hæc cum auditis, cogitate. Auditores, omnes nos esse vel ut quodam nefarios ac scelostos Cainos, eiusdemque quo ille parricidij reos: toties quippe fratrem nostrum, id est, proximū innocuum verbis, fatō, tamque varijs modis occidimus, vt sane mirum sit, si omnes in nos creature ad vindictam sursum non insurgant, & ipsi quin etiam dæmones nos ē medio non auferant. Sed benignus ille parens Deus signum quodam ad nostri conseruationem adiuuenit, ipsam scilic. mortis memoriam, quæ iustos ac seruantissimos æqui tremere & exalbescere semper cogat: vt hac visa, dæmones, ne quod nobis detrimentum afferant, atq; ipsa in primis superbia & insolentia, cæteraque peccata omnia sese contineant. In primis, namque diuina illa mortis recordatio insolentiam comprimit, fastum mentib. euellit, typhum minuit, veram cordis hamilitatem generat, ipsoq; facto animas penitus mortificat. Lepidum vobis quoad hanc materiam Lepida hi exemplū ex vita S. Gregor. Nysseni referam. Historia. Hic enim cum quodam tempore verba illa *Luc. 9.* Euangelij, *Qui vult venire post me, alneget sibi ipsum. Et tollat crucem suam, exponeret, interrogareturq; deinde ab quodam suo discipulo, quid esset stigmā abnegatio, & propriæ voluntatis abdicatio, ad cœmeterium eum misit, in quo variæ defunctorum calvariae, crania, ossa membraq; sparsa erant, præcepitque, vt varias in eadē calumnias exoneraret, quo factō ad se reuenteretur. Adoleſcētanti Patris verbis morte gerens, ad cœmeterium properat, ac milles iniuriarum & coniutorum plaustra in ossa illa coniicit, dicens, Vah ossa putida, putrida, à vermis exesa, carne nudata, viperis scatentia; vah informia caduera, vermium receptacula, ac busonum domicilia; vah ossa latronum, sicariorum, sacrilegorum. Post varias denique cōtumelias nullo accepto responso ad S. Præfulem cum reuertisset, eodem ab illo rursus definitus est: sed vt iam mutata voce varijs eadem ossa encomijs exornaret, & laudibus celo tenus effarer. Obsequitur adoleſcens, & ad cœmeterium reuersus, comœautatis vocibus,* pluri-

*Hieron ad.*

*Damasum.*

*Ambr. l. 1. de*

*Can.*

*Gen. 4.*

plurima in eadem effundere præconia, varijs que ea laudibus extollere incepit: Hem ossa insignia & vere illustria! hem pectora vere regia! hem capita Monarcharum, corpora generosa Principum! hem ossa invicta, ossa militum ac ducum! atque infinita alia laudum genera ingeminans: nullo accepto responso ad Gregorium reveritus est. Petebat deinde Præfus, quid ad hæc vituperia vel encornia defuncta illa & semiputrida ossa respondissent: Nihil omnino, inquit ille. Subintulit Gregor. Vade, & tu quoq; fac similiter: quacunq; demum injuryia, contumelia & opprobrio accepto, vel quibuscumque auditis præconis permoueri noli, dissimiles, teque velut insensibilem geras: atque ita fieri, ut vere mortificatus appellari, & te ipsum, propriamque voluntatem abnegasse dici possis, ac tum perfette dicceris, quid Euangelica sui sit abnegatio.

Id ipsum vos hodierna die facere vellem Auditores: vellem inquam vos coemiteria adire, ac mortuorum ossa curiosius intueri. Ingredimini igitur funesta illa mortis palatia, accedite ad illa cadaverum receptacula, inspicite brachia illa carne nudata, membra illa à vermis exesa, ossa illa semiputrida ac foetentia, atque ex ijs, vos alloquor, qui tam iniquo injurias animo accipitis, & laudibus vestris auditis in tantum insolescitis, Christianam mortificationem disceatis. Ossium namque horum inspectio ac mortis recordatio singulare aduersus superbiam remedium est, quo nimis anima aduersus omnes mundi acathanæ impugnationes inexpugnabilis redditur: quod veteres nobis sub fabula cuiusdam inuolucris liquido satis demonstrauit.

*L. 6.* Ante ille, Terræ filius, de gigantum stirpe progenitus, dum cum Hercule luctatus in terram procumberet, & matrem illam exoscularetur, vires ci & robur restaurabatur: sed statim ubi in altum caput efferebat, immunitis iterum viribus ab Hercule prosternebatur. Sed fabula relictio corrice, veritatis quæ in eo latet nucleum aperiamus. Dico igitur idem omnino accidere homini, qui animos gerit giganteos, & de singulari quadam fortitudine præsumit; dum enim terram intuetur,

oculosq; in esse suum cogit, simulq; considerat, quid sit, unde venerit, & in quid redigendus, nullus omnino reperi potest hostis, aut tentatio, quæ eum vincat, expugnet, aut prosterhat: at si inani quadam præsumptione in elatione se abripi patitur, & nubes & inania captat, sursumq; se contendit erigere, deniq; si ignorat, quænam sua sit origo, & unde venerit, neumortem ante oculos habet, vineatur, superatur, jugulatur. O igitur sanctam mortis memoriam!

Vere dixi Sanctam: nam præterquam quod Mortis melioras & superbietes redundat, omnium omnino rerum contemptum & obliuionem etiam inducit. Docuit id me magnus ille Doctor Hier. qui inter cætera, quæ ad bene laudabiliterq; vitam instituēdam ad matronam quandam Romanam scribit, hoc habet, *Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturus*: in quam materiam & sacra mihi litteræ egregium suggestum conceperunt. Pilofus ille Eslau cum de venatione rediens famem propemodū enecaretur, propter vile quoddam lenticula edulium primogenita sua viderit: Cogitabat enim secum, latius esse eisdem cedere & vivere, quam iisdem conseruatam fame emori; dicens, *En morior, quid mihi proderunt primogenita?* Sola itaq; mortis cogitatio & apprehensio ad tam iniquam venditionem Eslau compulit. O Christiane, in Eslau ipso deterior audire velis, dic interdum, mortem in medio honorum cursu ob oculos versans: Inter paucos ecce dies mihi è vita abscondum est, quid ergo mihi proderunt dignitatis, ac tor beneficia? Hoc scilicet sepius animo voluebat pius ille Rex, cum diceret interdum: *Dives cum interierit, non fit met omnia, neque descendet cum eo gloria eius.*

Hactenus quidem quæde hac mortis memoria dicta sunt, è sacris codicibus de profectis sunt; profanas jam tempus erit proferre historias. Philippus Macedonum Rex cum tempore *Plutar. in Appell.* quodam, referente Plutarcho, palastram in Graeci luctabantur, ingressus est, & inter luctandum ad terram prosterneretur; jacentis sui imaginem scite in arena expressum videns, quamq; parum loci occuparet considerans, jocando cœpit dicere: *O quæ minimam*

*terra & partem natura fortis, orbem appetimus & universum!* Audite, audite, inquit, cupidi mortales, quibus totus qua patet orbis non sufficit; quorumque astuans desiderium universus mundus misericordia implet, regia illa verba; ac vobis exiguum illum locum, quem tandem post laborum vestrorum finem hereditate acquireris, sepulchrum scil. Septenam pedum ob oculos posite Huc quidam Prophetarum veterum respiciens ait, *Vide vias tuas in consuete*: quæ verba LXX. nostro proposito aptius transtulerunt, *Vide vias tuas in sepulchro*. id est, cogitatecum. homo, quam exiguum tibi post mortem paratum sit domicilium, ut non nisi septem tibi pedum spatium ad ambulandum concedendum sit.

Iulius Cæsar cum Magni Pompej, quem cane peius & angue haecceus oderat, cuiusque audiissime sanguinem & mortem sitierat, caput, quod Ptolomei Ægyptiorum Regis Eunuchi ad eum deferebant, coram esset intuitus, fortunæ vices demirans, illacrymatus est: tacite namque secum cogitabat, ad quantam calamitatem exitiumque deuenisset ille, quem tam latens paulo prius abbris fortuna affluerat, qui omnes mundi limites armorum suorum terrore concusserat, & nominis sui fama compleuerat, & cuius vniuersi imperii ac vocem omnes Africæ atq; Asia Reges, & maxima senatus pars sequebantur. *Quis vestrum adeo ferreus & adamantis furvus est, cuius adeo durum erit peius, cuius oculi adeo austeri & infracti, qui, cum hodie tot Regū, tot Principū, Dūcum, mīlitum capita veribus oppleta sita oblitera, putredine fœtentia, & in cineres redacta videat, lacrymas contineat?*

Principes Israel cum Iezebalem Reginam, quam prius ita superbam & insolentem conspicuerant, in terra ut informe quoddam cadaver prostratam, & a canibus dilaniaram videnter; triste hoc spectaculum, fortunæ variantis ludibrium, & horrenda Dei iudicia admirati ad iniucem dixerunt: *Haccine est illa Iezabel? illa inquam Iezabel, quæ omnes nominis sui terrore & auctoritate consernecbat? quæ Prophetae Dei vindice gladio ad mortem prosequebatur? quæ potentia sua cornua in*

immensum tollebat: vbinam modo nunc aula & Regius comitatus? vbi omnes priores honores? vbi omnes quas prius habuit diuinitus & opes? An non & nos hodie, cum tot ossa, tot mortuorum crania, tot brachia, tot fibias per cœmeteria hinc inde sparsas, sub saxis gementes, in sepulchris latentes, que tamen tristes quedam reliquæ sunt præstantium ac doctrinum virorum, & formosatum mulierum videamus; an non, inquit, lugubri hoc viso spectaculo dicere præ admiratione poterimus? Illæ sunt capita, quæ aureis olim redimita diadematis vidimus? Illæ cadavera corporum purpura, & cocco vestitorum: illæ linguae tam disertorum oratorum: illæ vultus nympharum, quibus orientis gemmæ & omnia Arabica memoria ad ornatum non sufficerent: illæ genæ, quæ tantum stibij, purpuriæ & stactæ consumpsere?

Sed si mortui ipsi hodie loqui possent, si eorum ossa nostris responderent vocib. dicarent profecto, quod olim in mediis ærmois casum suum deplorans Job Propheta dicebat: *Ego ille quondam opulentus, repente cōtritus sum, Job 16: tenuit cervicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi insignum.* Ego sum prudens ille senator, qui tot olim sententias & decreta tuli, tot aliquando homines judicauit: Ego sum ille Matri pullus, alter Annibal, secundus Hector, qui tot certaminibus interfui, roties cum hoste confixi, tot victorias retuli: Ego sum disertus ille ac celebris Ecclesiastes, qui magno omnium applausu roties ad populu verbâ habui, & ad cuius dicentis oscuncti ora obuerterebant sua: Ego sum locuples ille mercator, qui tantis partis opib. honestam familiam institui, & tam amplum patrimonium liberis reliqui: Ego sum formosa illa Iuno, cuius pulchritudo omnes in admiratione & inuidiam traxit, quæ tot procii ambierunt, quæque semper gemmis cooperata, auro fulgens, bysso & coccino induita fui. Sed proh dolor! unico omnia hæc momento euabuerunt, fortuna nostra drepente mutauit, tristis nos omnes mors usque ad ossa depalpa est, ac feralis illa Parca iræ sua iacula in nos velut scopum aliquem detorsit. Repente contriti sumus, & posuit nos mors qualiter in signum.

Hx

Ierem. 2.

Plutar. in  
Apophth.

4. Reg. 9.

Hę suntigitur voces, quę hodie lepulchris egrediuntur, querelæ, quibus cœmeteria resonant, clamores, quibus tumuli concrepant, ac tristis oratio, quā defuncti ē bustuaris suis jam verminantes ad nos habent. atq; hæc vna e præcipuis rationibus est, cur Sancta Mater Ecclesia omnium hodie defunctorum commemorationem instituerit, vt simirum de mortuis cum mortuis in mortuorum omniū die verba facientes, ipsi quoq; mortis recordaremur; altera vero eaq; omniū potissima, vtillos ipsos defunctorum precibus & suffragijs nostris adiuuem⁹, idq; præfertim vulgari illa orandi, & bene precandi formula, *Requiem eternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.* Hinc porro alteram concionis hodiernæ partem, vt initio proposueram, exordiar.

III. Hocigitur tristi & funesto die pro defunctis nos orare oportet, nostrisq; suffragijs ipsiusdem opitulari: non quidem defunctis, qui post mortem cœlesti jam beatitudine perfruuntur, & gloriosiæ æternæ confortes facti sunt; neq; enim orationibus nostris indigent: nam teste Augustinus, *In iuriam facit Martyri, qui orat pro Marte.* finis quippe precum & suffragiorum is est, vt ijs, pro quibus oratur, oratione nostra bonum aliquod accedit, vel malum aliquod accedit. cum vero Martyres sempiterne jam felicitatis compotes effecti sint, nullis omnino precibus opus habēt. Quamobrem in vacuum omnis nostra cederet oratio, si pro ipsisdem oraremus, injuriamq; non modicam illis irrogaret, qui meliorem ac feliciorem illis sortem deprecaretur. Deinde pro damnatis omnino nō est orandum: id enim qui ageret, ne ille oleum & operam perderet; cum nimis in inferno nulla protius sit redemptio, aut de minima quidem solatij spes, etiam viuferis Sanctis pro ipsisdem apud Deum intercedebitis, ponarumque minuendarum affulgere possit: atq; idem Augustinus scribere non sit veritus, se, si sciret animam patris inferorum supplicijs mancipatam esse, non amplius pro eadem quam pro Diaboli salute oraturum. Quamobrem pro ijs solum orandum, qui adhuc in purgante illo igne emendantur, pro que ijs solum diuina Majestati vota facienda, ac nullo non tempore, nulla non hora pro-

carum redemptione ingeminandum: *Requie eternam dona eis Domine, & lux perpetual luceat eis.*

Et sane ipsum Purgatorium, quoniam eiusjam mentio incidit, quoddam spirituum receptaculum est, & animarum pro quibus hodie nobis supplicandum, ergastulum. Non Purgatorium est porro necesse pluribus vobis, Purgatorio afferitur.

rum aliquid esse, verbis astrinere: sufficit enim, si è laetis litteris, id ipsum confirmari, & Sanctorum Patrum auctoritatibus stabiliri, totius Catholici orbis assensu defendi, & è quinque generalium conciliorum decretis astricti positi, Concilio nempe Carthaginensi, Toleto XI. Lateranensi sub Innocentio Tertio, & Florent. in quo Græci omnes simul & Latini coadunati fuere, & nouissime Tridentin. horum quatuor ut Canones tacitum, referam quæ in Concil. Carthag. can. 95. scripta sunt. *Qui oblat ones defunctorum, aut negant Ecclesie, aut cum difficultate reddunt, tanquam enim nitem necatores excommunicantur.* quo loco si omnes ij. excommunicantur, qui orationes & oblationes pro defunctis non persolvant, ergo multo magis ij. qui ipsum Purgatorium negant; hæc namque preces præsupponunt aliquod Purgatorium esse.

Vnius vero Josephi Patriarchæ Constantiopolitani, omniū Græciae Ecclesiæ sum primatis, testimonium hic puto sufficere, quod ad instar mille testium omni exceptione maius habendum est: hic enim in mortis articulo constitutus inter ceteros articulos fidei, quos moriens profitebatur, & Purgatorium se credere afferuit, ac manu propria signauit; cuius deinde professio ad posteritatem dimanauit. *Quoniam ad extremum vitæ meæ desenti, idcirco pro meo munere dilecti s filii benignitate Dei meam sententiam his litteris palam facio: Beatusimum Patrem patrum, ac summum Pontificem, Romaque uestris Papam, Don ini nostri Iesu Christi Vicarium esse concedo: aique animarum purgatorium esse non infra. Quid hac fidei professione repetiri queat, aut clarius, aut efficacius? cui si quinque generalium Conciliorum accesserit auctoritas atq; omnium quotquot vñquam viventium,*

Afferitur  
Purgatorium  
auctoritate  
Patriarchæ  
Constanti-  
nop. mori-  
tatis.

xerunt, Sanctorum Patrum, quis adeo impudens futurus est, qui Purgatorium audebit inficiari?

Non patitur temporis jam angustia, pluribus hic ostendere, pro defunctis orandum esse: cum omnis id docuerit antiquitas, omnes Sancti Patres id tenuerint, atq; viuierialis id Ecclesia inuiolate semper obseruarit. Quot obsecro elapsa sunt secula, ex quo Iudaicae gentis gloria Iudas Machabaeus contra Gorgiam conserto prælio, & magna luctuorum clade accepta, duo decim argentearū drachmarum millia, ad sanctam ciuitatem Ierusalem misit, qua sacerdotibus darentur, ut vicitas pro defunctorum miliarum salute & animarum sospitate Deo offerrent quod Iude

2. Mach. 12.

Ibidem.

Li. de cura

pro Mortuis.

Tob. 4.

factum latius scriptura deducens, hoc tandem Epiphonemate concludit, *Santa ergo & salubris est cogitatio pro defunctis ex rare ut a peccatis soluantur.* bis mille & amplius jam anni elapsi sunt ex quo hoc contigit. Sed aduersus hanc auctoritatem obiecere, libros Machabaeorum non esse in Sacrorum librorum Canonem relatos, procul à vero est, mēdaciūm spirat: neq; enim alijs verbis S. August. usus est, ut doceat pro mortuis orandum, quā his quā modo ex hisce libris produximus. Et quamvis libri hi in canonem relati nō essent, quod nunquam concedemus, & non nisi historiales quidam libri forent; hinc tamen efficeretur, orationes & suffragia pro vita functis jam à duorum annorum millib. & quod excurrit, in vsu fuisse.

Quantum etiam effluxit temporis, ex quo pius ille Senex Tobias, inter cetera, quā Tobias filio suo dabat præcepta, orandum pro defunctis docuit, cum ipso orationis limine his filium verbis admonuit. *Panem tuum & vinum super sepulchram iusti constitue.* quā diceret: Nunquam mortuorum obliuiscere filii mihi sed pro eorum animarum salute Altissimum deprecare; cumq; iusti ex hac vita ad alteram decesserint, panem tuum & vinum tumulis eorum apponendo, animabus illorum succurre. Hinc notare vos velim, ab illo tum temporis sepulchris defunctorum panem & vinum appositum fuisse, ut pauperes, qui pro eorum salute Deum obsecrabant, hinc sustentarentur. Tradidit hoc Chrysostomus, qui in alium locum ita scripsit, *Cur Chrysostomus post morem illorum pareres vocas? cur presbyteri 23. in Matth. 23. ut pro eis velint orare, obscuras?*

A quod saeculis Galaaditæ Saule & fortissimis Israel interfectis, in eorum exequijs lacrymati sunt, pullas vestes induerunt, & sepiem sibi diebus jejunia indixerunt? Cui rei seruunt hæc pro mortuis jejunia, nisi ut ipsidem placaretur Dominus, jejuniorumque merita defunctis applicarentur, & diuinam justitiam, si forte ob delicta quædam occulta exacerbata esset, defunctis propitiari redirent, quo eosdem purgatorijs eriperet ergaūt. lis.

Iam mille sexcenti propemodum præterier annū, ex quo Apostolus gentium Paulus orationem pro defunctis valida afferuit, Corinthiosque edocuit, ait enim: *Quid facient 1. Cor. 11. qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgent?* id est, si non mortuorum resurrectio, cur igitur pro mortuis oramus, sacrificia offerimus, jejunia nobis inducimus? Et sane ipsum verbum *Baptizare* hoc saepe modo in faecis litteris accipitur: & Apostolus resurrectionis mysterium per orationem pro defunctis probare contendit; & ostendere, quandoquidem pro mortuis ubique oretur, eos etiam resurrectos. Si enim nunquam resurgent, frustra pro ipsidem suffragia nostra offeremus.

Cum hoc igitur fixum & indubitatum sit, & simul certo sit certius, Purgatorium locum quendam subterraneum esse, contra quem sentiant Richardus de S. Victore, Papa Gregorius, alijque plures, qui id ipsum modo in mari, modo in aere, modo in certo quodam orbis angulo cœstuunt; dico, viuieris hodie Ecclesiam orare ac nos eius in initio orare debere pro defunctorum animabus, quæ corporeis his exuvijs solutæ, & hinc in Dei gratia decedentes, rationem coram seculo illo diuinæ justitiae tribunalite reddere coactæ, captiuæ detinentur, & in purgatorium velut in carcere aliquæ compactæ manent, e quo non prius, quam quo ad ultimum quadrantem persoluerint, omnij; debito yacent, existentur. Atque in id ipsum magni preces nostras ponderis esse constat.

*Animæ enim, cheu! sunt miseræ illæ capi-*

hon  
dant  
h.  
laiges  
concepus.  
Web. 5.  
Nup. 2.  
Aug. 14.

ptiæ, quæ in carcerem coniecta, atque ibi-  
dem grauissimis supplicijs excruciatæ, non  
ante egredi aut liberari queunt, quam no-  
uissimum quadrantem persoluerint; quod  
in Matth. Euangeli adumbratum legimus.  
Sunt quoque spiritus illi afflicti, qui in locis  
infernis constituti ad Sacratissimum Iesu  
nomen genua flectunt, manus & oculos in  
alum tollunt, id ipsum proni velut nomen  
Redemptoris adorant, & ab eo liberationem  
enixissime efflagitant; de quibus ad Philip.  
Paulus, *In nomine Iesu omne genu flectatur, ce-  
lestium, terrestrium & infernorum.* Sunt adhuc  
miseræ istæ creaturæ quæ ad præfinitum  
temporis spatiū, procul à cælo in purgato-  
rii locis exultant, inque ijsdem grauiter ca-  
stigantur & perpurgantur, licet non in æter-  
num, diuinæ tamen effigiæ visione interea  
privata. Quod egregia è sacris litteris figura  
manifestum reddam.

Absalon licet Patri post excitatos in uni-  
verso regno tumultus iam reconciliatus es-  
set, at quod omnium priorum delictorum  
veniam consecutus, ut tamen iustitiae debi-  
te satisfacceret, & aliquam saltem pœnam  
propter concitatem multitudinem subiret,  
ad duos annos aula & dilectissimi patris vul-  
tu carere debuit. Actus hic iustitiae tempora-  
lis revocat mihi in memoriam ea quæ in co-  
lesti tribunali quotidie contingunt. ut certo  
mihi persuadeam, codem protius modo cum  
defunctorum animabus agi: quamuis enim  
è mundo hoc Deo Patri reconciliatae dece-  
dant, plenam & integrā omnium delicto-  
rum veniam & indulgentiam consecutæ, ut  
tamen æternæ illi iustitiae faciant satis, &  
pœnas aliquas temporales, à quibus nondum  
penitus sunt liberæ, adhuc persoluant,  
ad præfixum temporis terminum colo ca-  
rent, & in purgatorio velut in auxilio quo-  
dam constitutæ sunt, iucundissima patris sui  
visione destirata.

Sunt denique incarceratae illæ animæ,  
quæ in fideles Christianos oculos suos hodie  
coniuentes, cum lachrymis, gemitu, &  
suspirijs inenarrabilibus eorum auribus lu-  
gubrem hanc nænam occidunt; & tristibus  
hinc verbis eorum opem implorant. *Misere-  
minimi me, miseremini mei, saltem vos amici mei,*  
*Bessai tom. 3. de Sanctis.*

quia manus Domini tetigit me. Inclamat se a  
manu diuina tantum tactas esse & non nisi  
ab unica manu; vt hic disserim inter has  
animas, & eas quæ tartareis mancipatae sunt  
supplicijs, eidens fiat, haec namque ab vera-  
que Dei manu, & acriter quidem, etiam per-  
cutiuntur: adeo ut teste Apostolo, hor-  
rendum sit incidere in manus Dei viuentis.

Hebr. 10.

Vos autem animæ quæ corpori huic ad  
huc viuitis inclusæ, clamorem hunc paupe-  
rum attendite, & accommodate aures po-  
stulatis ac supplicationibus earum, quæ in  
tetro illo purgatorijs carcere inclusæ sunt, at-  
que è verbis earum colligit, si vel unica di-  
uinæ iustitiae manus adeo easdem excruciet,  
vt luperos ipsos ac non mortales in sui auxi-  
lium aduocent, quid de damnatorum sup-  
plicijs dicendum sit, quæ ambabus Dei ma-  
nibus percussæ nocte dieque assidue clama-  
tant & ciulant, ut præ cruciatum grauita-  
te temporisque quo illis excruciatæ sunt,  
diuturnitate, in desperationis abyssum præ-  
cipites ruant? Ipsæ autem quæ purgatorio  
continentur, clamant, & opem nostram po-  
stulant, propter pœnarum quæ ferunt gra-  
uitatem. Idem enim carnifex, ignis scilicet Disserim  
ille adurens & castigans delicta, excruciat inter sup-  
plicias & illas, vnde Gregor. *Eodemigne purga-  
plicia dam-  
tur electus, & crevitur damnatus.* At unum natorum &  
inter utrasque disserim est, quod pœnae, electoru in  
& supplicia earum, quæ infernalibus tor. Purgatorio  
mentis traditæ sunt, æterna sint; purganda-  
rum vero cum tempore præfixo terminen-  
tur. Illæ horribili dæmonum intuitu semper  
deterrentur; haec frequenti Angelorum visi-  
tatione recreantur, illæ furiunt, effrascunt,  
desperant, & præ pœnarum grauitate impa-  
tientes sunt: haec quotidie exultant: quod  
tormenta brevi finienda sperent, viuunt in  
spice, & opem à fidelibus implorant, dicentes:  
*Misere-  
minimi me, miseremini mei saltem vos amici  
mei, vos in primis haeredes, quibus tot opes*  
& facultates reliquimus; *vos filij, quos tot*  
*relictis opibus ditauimus: vos noti & con-  
sanguinei succurrите & opitulamini nobis,*  
*nostras ærumnas inspicite, orationes pro no-  
bis effandite, alijsque effundendas indicite,*  
*ac viscera misericordia nobis laxate. An non*  
*tristes illæ querimonie cor vestrum feri-*

Iob. 19.

SSSS

uat

unt, ac quodammodo disfleant Auditores an non lugubres illi clamores vos ad commiserationem excitant? ferialis illa ac lamentabilis echo, an non vestras aures verberat? Auditio ne filii ciuitatum parentum vestrorum auditio ne heterodes querimoniam beneficiorum ac Mecenatum? Auditio ne amici precies carissimorum lodalium? O ingratia, o adamanitia, o perfidi, o parum antiqua fidei & amicitiae memores! sed non ita, exigit namque Christiana caritas, totus ver mundus in solamen & favorem animarum dicat, Requiem eternam dona eis Domine, & lux perpetua lucet eis.

## Animam

precibus

Purgatorio

eximere in-

vincolorum,

captivitatis

disruptio.

Nullo-

signis mife-

rum autem

captiuorum

redemptio

luculen-

toria

&amp; tior, aut praestantior habenda est, quam eos-

tus est.

Inter cætera misericordia opera non poterimus locum meo iudicio obtinet, captiuorum redemptio, incarcatorum solutio, eximere in vincolorum, captivitatis disruptio. Nullos signis miseris, cum autem captiuorum redemptio luculentaria & tior, aut praestantior habenda est, quam eos-tus est.

rum, qui in alio orbe captivi detinuntur: quos nostris precibus in libertatem afferre, ac flammis tormentisq; eripere possumus. Hoc autem pro dignitate facere magnæ arque diuinæ cuiusdam virtutis actus est, cum religione coniunctus, & quem in sacris litteris expressum legimus.

Exod. 23, 1 Cor. 9.

Voluit olim Deus, ut quicunque bouem aut asinam aut quodcumque proximi animal in foueam incidere animaduertisset, omni ratione eidem quam primum succurreret, ac luto educeret. Errat, qui putat hic de bruti solum animalibus sermonem esse. Audiat autem ille quid dicas Apost. Nunquid debemus ira est Deo, sed crediderim in hac ope animalibus impensa, curam & auxilium quod animalibus exhibendum est, exprimi, quas cum in purgatori profundum cecidisse hodie videamus, nostrumque ab isdem auxilium efflagitari audiamus, nostrum protectio erit omni illis ratione succurrere & opitulari, atque eleemosynis, sacrificiis, votis, precibus eas tormentis eripere, in earumque auxilium dicere: Requiem eternam dona eis Domine: In hoc mihi conceptu viam prævexit magnus ille Doct. Aug. qui ad fratres in extremo degentes verba faciens: ait: Clamat percuti, & cum eo clamare non cessant: cadit asinus, & omnes eum sublenare festinant: sed clamat in

Ser. 44. ad  
fratr. in e-  
rem.

tormentu fidelis, & non est qui respondeat: ecce vestra humanitas, fratres. Orem deploranda accrudelitatem inauditam?

Magna quidem frarum Iosephi crudelitas fuit, quando exauditio eius ciularu, & lamentis est cisterna, in quam eum deiecerant, nullus illi succurrere sustinuit, sed surdis clamores eius antibus exceperunt, quod Ruben iis deinde in mentem reuocans magno conscientia temoru illis exprobavit: Merito haec Gen. 42: patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias anime illius, dum deprecavimus nos, & non audiimus. Sed maior multo mihi credit, fidelium est inhumanitas, qui vilo fratres suos germanos in purgatori cisternam dejectos, ac tantum noa sepultos, opem illorum quam enixissime postulare, non minus ad commiserationem existantur?

Quem si durasilex, aut siet Marpesia cautes.

Hunc porro mihi conceptum suggestit Propheta Amos, dicens: Bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritionem Iosephi.

Amos 6.  
Filiorum gratitudo erga parentes defunctorum.

Quam merito autem nostris hisce temporibus, tuas, & Prophetas, querimonias iterare possumus? quoniam enim hodie reperi est filios, qui defunctorum parentum, opes, & diuitias dilapidantes, genioque quotidie indulgentes, de eorum suppliciis ne minimum quidem solliciti sunt, ac vix ullam amplius corura memoriam conservant: imo tantum abest saepe, ut Deo pro eorum salute supplicant, ut testamento arque ultimam voluntatem non unquam etiam complete negligant. O impieratem inauditam! o barbaram crudelitatem! o patres infelices, qui tam voracibus & immittibus lupis opes vestras reliquistis!

Rabies potro & crudelitas nostri tempore Hareticis hereticorum infinitis etiam partibus major est; omnesque crudelitatis & inhumanitatis terminos excedit, defunctis enim bel crudelitas, lum indicentes, corpora eorum honore pri Lib. 41. uant sepulrali, animas autem fidelium luf. Lib. 4. in Vi fragii. o barbaros & sanguinarios, o cōmēta Pyrrha. tum diabolicum! o homines minime homines Lib. 4. Var. nes, sed inhumanos, brutos, stupidos, & ad Lib. 16. gentilitios mores inclinantes! o hareticos, postu

nostri temporis procellas, religionis fulmina, tartaro genitas fusiæ! quid familesne esse vultis Parthis, quibus, vt refert Iustinius, lolemæ fuit mortuos canibus obijcere, caninoque in ventre ijs sepulchrum condere? Initari vultis Peones, qui mortuorum cadavera in minuta frusta concidebant atque ita in profluente deiiciebant, vt à piscibus & monstris marinis deuorarentur, vt scribit Laertius? Sequiminiine Colchios qui eadem culeo infusa ex arboribus suspendebant, vt vultures & aquilæ & quidquid autū ad prædam natum est ea deuorarent, teste Aliano?

An insletis vestigij Arabum, qui vt è Strabone discimus, defunctorum corpora, etiam Regum & Principum in simo ac cœno compoñunt, cloaca queijs & foricas tumulorum loco assignant? An vero Massagetas æmula, bimini, qui præ ea, qua erant barbaric & immanitatem mortuorum carnes sibi in edulium parabant, paratasque deuorabant, vt ex ope-  
re Alexandri ab Alexandro colligere est.

Ub. 3.2.

Sap. 4.

Et sane insensata hæc ingenia, inimici hi Dei & Sanctorum immanissimi mortuorum hostes, noui illi Euangelici, pseudoprophetæ Baalim ac sacrificuli idoli, quod est ipsa Hæresis, de illorum sunt numero, de quibus olim locutus est Sapiens. Et erunt post hac decedentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum, & memoria illorum peribit: nullum quippe relinquent Epitaphium, nullos homines sepulchrales, nullas fundationes aut in pios vsus legata, quibus nomen eorum posteris innotescat, & pauperes atque alij occisionem habeant pro eorum animabus Deo supplicandi.

Quid porro necesse est pluribus veritatem prophetæ huius ostendere cū ipsa nos quotidiana doceat experientia, rem ita, vt diximus, se habere, atq; ita per vniuersum orbem inualuisse constet, ac præferrim ijs in locis, in quibus infelix illud hæreses solium, & trifistis errorum in religione Paliurus inter boam segerem iniussus extremitate. Hæreticorum namque sepultura infamis est, maximo cum dedecore coniuncta, neq; enim maior apud eos mortuo corpori, quod animæ domicilium, ac receptaculum est splendidum, ac magnificum, habetur reuerentia quam ca-

daueri bestiæ, acc major animæ eiusque status, aut periculi quod ei in altero orbe subeundum est, habetur ratio, quam aut alini, aut putidi canis. O pudor, & infamia, & dedecus intolerabile! Quid videmus in hæretici exequijs, ac pompa funebri aliud, quam cohortes aliquot militum integros cum insignibus manipul'os? & lictores securibus instructos? vt magis maleficus quispiam ad supplicium duci, quam defuncti corpus ad tumulum deferri videatur. Bene igitur dixit Sapiens: Et erunt post hac decedentes sine honore, Sap. 4. & in contumelia inter mortuos.

Quid? nonne in viribus nostris maritimis, si Anglum quempiam aut Belgam in portibus mori contingat, bombardæ & tormenta bellica horrendo boatu remugint, de precibus pro mortuo effundendis nulla penitus fit mentio. Illæ nimurum sunt exequiæ quas mortuis peragunt, illa sunt iusta, quæ persoluunt hæc sunt apud illos officium defunctorum: & sane fumo illo & strepitu animas, non dico ad cœlos, sed ad inferos recta deducunt. Annon igitur sepultura hæc infamis est, & exequiæ quales bestiarum, & quales Deus olim per Prophetam Iochim impio regi intentauit: sepultura asini sepelitur: & quales impiorum sepulcras fore auguratus est Sapiens: Et erunt post hec decedentes sine honore, & in contumelia inter mortuos?

Lutherani vero & ministri Angli cum perspicerent, quantam hæc sepeliendi ratio infamiam secum trahat, mitius & benignius multo cum mortuis agunt. Psalmos enim in eorum funere decantant, funebri eos oratione cohonestant & epitaphia ijsdem erigunt. Et sane nouit vniuersa hæc Gallia, quanto honore & ceremonia, quantaq; solennitate, Elisabethæ Angliae & Hiberniæ reginæ, n. Elisabethæ perime defunctæ corpus deductum sit: de Anglia reducentibus id nimurum totius regni proceri, ginae funus, bus atque omnium Ecclesiæarum Episcop. superbellicia & pluvialia splendida induitis, & defunctorum officium ac varios pro mortuis psalmos decantantibus. In hac porro deductione ducentæ virginæ spectabantur, albis induitæ vestibus, & albis caput cooperitæ plisis, ac velis, quæ cingulo tenus dependebant:

Ssss 2 bant:

bant: hæc pro defunctæ reginæ anima Deum exorabant, quas Principes & Magnates ac publici ministri, atris induiti, & vbetim lacrymantes proque Princeps sua animæ hæc omnia saluti plurimum conducere credidissent, nunquam hoc schemate & pompa corporis ad tumulum detulissent, fuisse alioqui ingenti Principem fœminam ludibrio expōnere.

Ipsi quin eriam Calvinistæ, qui tam crudeliter modo in comiteria nostra defœunt, & velut furæ quædam infernales, magna mortuorum contumelia, in loca sacra & ossa Sanctorum, magno crudelitatis exemplo grassantur, cum sibi post mortem non maiorem honorem quam equo & mulo, quibus non est intellectus, à suis exhiberi cernerent, in conuentu quodam Ministeriorū quem Genevæ an. M D LXXII. indixerunt, inter cæteros syndodi articulos statuerunt, ut pro mortuis preces effunderentur. Sed laudabile hoc institutum Caluinistica quadam vafritie & aetè oblitteratum, & penitus etasum fuit, ne quam cum Papistis forsitan in factis ritibus similitudinem inducerent. An non igitur mera quædam malitia est, ne dicam vesania, mortuis bellum indicere, & instar spumantium ac rabidorum canum lapides sepulchrales vesano dente p̄mordere?

Ratio. 10.

Aliud longe magis admirandum audite, Inclitus ille martyr Edmundus Campianus, Societas Iesu, nobilis de nobili trunco surculus, ac scæuli nostri decus & columen, in suis ad Oxonienses Academicos rationibus, quibus eos ad disputationis certamen provocauit, & quibus Religionem Catholicam assertum, ac propugnatum iuit, ait magnus Turcarum Imperatorem, totius Christianitatis calamitatem. cum de nouo illo Antichristo Lutherò, deque eius erroribus, quos in Germania diffundebat, inaudiuisset (inter quos erat & purgatori⁹ negatio, precum pro defunctis effusarum inutilitas) magnificis cum literis compellasse, suumq; ei obsequiū obrulisse, adeo ut quacumque occasione oblata auxilium se ei latetur spoderit. Mahometanus ecce tyrannus suum pseudo-prophetæ huic obsequium dicitur: cum sciret,

peruersorum eiusdem dogmatum promulgatione maiorem sibi ad Christianorum regiones ferro flammique vastandas aditum, quam quingentorum millionum hominum labore reseratum iri, quamobrem summas ei gratias ob turbas concitatas agebat, ac si qua re & auxilio in posterum indigeret, cuius obsequio ad futurum pollicitus est.

Nos vero Catholicæ Neuarorum horum consuetudinē & vafrietem exosi, Sanctos invocamus, imagines eorum dedicamus, mortuos honore afficimus, animarum eorumdem recordamur, nostrisque eos precibus, quantum in nobis est, adiuuamus? Et quoniam nos si iros Sanctorum appellamus, quo olim Tobias nomine suam cognationem commendauit, ideo quoq; par est, ut maiores nostros imitemur: nam cum Patres nostri, sanctissimi viri fuerint, pietate & religione insignes; consentaneum etiam est, ne filij ab eorum virtute & meritis aliquaratione degeneres existant: cumque illi tam benignos se erga mortuos præbuerint, tanto reliquias eorum honore coluerint, proq; eorum animabus tanto affectu oraueint, æquum est, nos ad imitationem eorum accendi, magnum erga defunctos affectum ostendere, semperque in eorum fauorem sacra hæc verbiterare: Requiam aeternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Porro oratiuncula hæc sancta est, bene & recte instituta, ac magnam pietatem spirat, semperque apud omnes, qui vnum se adorant Deum, veramq; religionem amplecti profitebantur, in vnu exsirrit. Ecce cum non nisi tres in orbe vniuerso religiones reperiuntur, quæ veluti cæterarum principes ac magistræ sunt, & in vnum Deum credunt, Iudaica, Mahometana, & Catholica, hæc tam omnes Purgatorium aliquod esse credunt, de mortuis pie ac laudabiliter sentiunt, proque eorum animabus Deum quotidie deprecantur.

Iudei enim, qui legem suam infrastant & integrum adhuc custodierunt, quotidie pro defunctis Deo supplicant, nam cum eos sacrificijs adiuuare nequeant, quæ non nisi in templo Salomonis, quod in aduentu Messiae tandem aliquando restaurandum putantur.

Tres in mundo religiones sunt: scilicet Turches, monachos, teutes, habentes

Item res B. cidevis. tunc omnes pro mortuis Deo supplcant.

Quæc. res B. cidevis. tunc omnes pro mortuis Deo supplcant.

putant, peragere licet, varias precandi formulas in hunc usum concinnarunt, ita ut eorum Mahosor; qui iis instar Breuiarij cuiusdam est, in quo variae preces continentur, orationibus pro defunctis effundi solitis scatent. Deinde & hoc iis solemne est, cum aliquis eorum in extremo vita articulo constitutus est, lectum eius frequentes circumstant, magnop; cum obsecrant affectu, ut ita in altero orbe cum fuerit sodalium suorum memor existat, ut ipsi eius hic in terra momores futuri sunt: enique efflagitant, ut, cum in alteram vitam venerit, Messiam roget venire in mundum, ne differat, sed aduentum suum maturaret.

V.  
Turcæ  
mortuos  
reuerenter  
habent.  
  
Item Chri-  
stiani.

Turcæ autem in hoc Iudeis adhuc religiosiores sunt & accusationes: cum enim creant animas mortaliū post hanc vitam purgandas, pro mortuis preces fundunt, de iisdem dōniſi reuerenter admodum loquuntur, eorumq; memoriam celebrant: adeo ut sex quotidie lampadum millia ante pseudo-prophecia Mahometi tumulum in ciuitate Mecha accensa colueant.

Christianos vero pro mortuis preces effundere, notius est, quam ut pluribus verbis explicari debeat. Nam quocunq; demum loco iij repariantur, Catholici sint, vel schismatiſi, defunctorum tamen memoriam celebrant: Græcis Constantinopoli, Æthiopes Prete-Janne, Abyssini, & Maroniti in Oriente, Chinaensē apud Antipodes, atque adeo per vniuersum terrarum orbem, quo Christianorum nomen penetravit. Purgatorijs quoq; fides viger, ac pro defunctis preces indici solent. Solus Calvinista degener ac spurius sanctæ huic consuetudini repugnat. In quo ipse Ethnici superarunt: qui se benignos & pios erga mortuos eorumque reliquias, longe fecerunt quam haereticī, præbuerunt. Quin ipse Cicero fidei licet lumine de stirpus, scribere nō erubuit, primum ad pie-tatem gradum esse, eorum qui ante nos vi-xere reminisci, eorumque memoriam integrā seruare, quia iam dudum tributum, ad quod ipsa nos mors obligat, per soluerunt: adeo, ut non solum ille impius ac nefandus & naturę aduersarius haberetur, qui corpori defuncti, debitum officium ac honorē negaret,

verum etiam, qui animæ. Ipse quoque Philosophorum omniū caput Aristoteles iisdem *In Probl.* instens vestigiis, æquius esse ait mortuis quam viuentibus auxiliari. O apophthegma-ta aurea, ac Christianis semper reuelanda!: Ethnicus ecce de mortuis nos reuerenter loqui vult, & haereticus iisdem bellum indicit. O tempora! o mores! o seculi la-bem!

Iudem ipsi Ethnici etiam immanitate barbari & feritate inculti, tanto semper defunctos eorumq; ex hoc mundo emigrationē honore prosequuti sunt, ut mirer, haeticos historias & gesta veterum legentes non cru-bescere. Lycurgus quippe Lacedæmoniorū legislator laxit, ut mortui cum oleo ramis ad sepulchrum deferrentur: ut edoceret nos, mortuis honorem esse exhibendum, ac misericordiam, cuius oliua symbolum est, ostendam:

Albanis mos erat, omnes defuncti opes, & *Alexan. ab.*  
quidquid pretiosum habebat, sepulchro in- *Alexand.*  
ferre: quo auditio confundantur Christiani, *lib. c. 2.*  
qui cum parentes & affines terræ mandanti-  
lunt, adeo interdum sordidi & tenaces sunt,  
ut viles & semilacertos vix iis pannos dare su-  
stinent.

Refert apud Diodorum Siculum, Dresias *Diod. lib. 3.*  
historicus Macrobios Æthiopiz populos  
defunctorum statuas ex auro vel argento,  
vel ligno erigere consueuisse, ut eorum ita  
memoriam, visa statuas, in animo semper  
conseruerant. His vero statuas quæ intus ex-  
cauatae erant, defunctorum cineres include-  
bantur: is vero, qui defunctis sanguine erat  
proximus easdem domū deserbat, qui eas-  
dem deinde vitro pellucido includebat, ut  
melius forinsecus videri possent, ceteri vero  
affines iisdem statuas frugum suarum primi-  
tias atq; alia plurima sacrificia quotannis of-  
ferebant.

Maior adhuc erat Galatarum erga mor-  
tuos cultus, ne dicam supersticio: quamprimum  
enim ut aliquis inter eos expirasset,  
varias ad eum litteras & scripta destinabat,  
qua deinde ipso sepulturæ die vnā cum cot- *Alexan. ab.*  
pore cremabant; credabant namque eadem *Alex. lib. 3.*  
à mortuis in altero mundo legi. Erat fate *v. 9.*  
or, hæc mera supersticio: sed ea tamen quam-

proxime ad sanctam Christianorum cōsuetudinem & cærimonias accedit ; hi enim barum chartularum loco preces iisdem offerunt, quatum efficaciam ac robur eas exprimi certo certius credunt.

Græci hac re cæteris gentibus haud similiter negligentes. Alexander namque Macedo, Hephaestioni amicorum integrissimo extincto tam splendidas exequias adornauit, ut ipsa etiam animalia partibus suis non defuerint : ita ut non sufficeret ei totum exercitum atris induitum spectasse, nisi & vibi, in qua ille exspirasset, muros quodammodo deraderet, & equorum iubas in signum luctus detinenderet.

Græcis quoque non cessere Romani, ut nimirum e funere Junij Bruti manifestum redditur; Bruti inquam, qui vitæ suæ periculo patriam in libertatem afferuerat, ac duilio Tarquiniorum eam imperio liberaratur. Hic enim cum fato concessisset, totius populi ac senatus humeris, magno cum honore in forum delatus est, & funebri omnium primus oratione cohonestatus, qui mos deinde Romæ inualuit, ac mox ad alias nationes, sed ad Christianorum præsertim exequias celebrandas, dimanauit, ut nimirum ex oratione S. Ambrosij in exequiis Magni Theod. videtur est.

Videtur igitur, ut omnes orbis nationes etiam barbaræ defunctorum memoriam celebrent; & soli, pro pudore! Calvinistæ cōdem in se cōtantur, preces pro iisdem negant, sepulchra exibilant, & nulla erga defunctos misericordia tanguntur. O crudelitatem intolerabilem! Audite & ut in sacris litteris seputræ dignitas extollatur. Inter cæteros enim quos Messia venturo tribuit Eſaias honores, ait sepulchrum eius fore gloriosum, & magnificientia eximium? Erit sepulchrum eius gloriosum: quod LXX. Interpretes verteunt: Et erit requies eius honor. & Hieron. Hebraicum texum secutus: Et erit sepulchrum eius gloria, è quibus omnibus unum hoc efficitur Christum magnifice & gloriose sepeliendum. Ipse enī, qui toto vitæ suæ tempore omnia sublimia, diuitias, honores & delicias contempnerat, ipsum honorē,

qui mortuis impenditur, & honestam sepulturam noluit negligere: fuit porro ipsa gloriosa, si quæ unquam, cum varia in eam va- guenta & aromata, idque per feminas pias, impensa sint. Quis igitur credat, Deum, qui tantos honores & tam gliosum filio suo sepulchrum destinarat, eosdem fidelibus nolle impendi; fieri potest eum in detinotrem partem interpretari, si pro corum animarum requie preces fundantur, & sacrificia propitiaria offerantur (an putabimus cum offendit, si solitam illam bene apprendi formulan sèpius in purgandorum auxilium repetamus: Requiem aeternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis? Nequam. Sed eodem, nos inuitat dilectissima eius sponsa Ecclesia, atque hoc ipsum enixissime miseri illi captivi à nobis efflagitant: hoc unum hodierna die maximopere à nobis postulant; huius rei ergo in nos oculos coniiciunt, & eam se impetraturos penitus confidunt. Nulla quippe toto anno dies illis illuc optant, & nulla festiūor. Hodie namq; exultant & lætantur, cum preces nostras aliquod habuisse pondus sentiunt, ut hi quidem penitus omnino liberati ad aeternam requiem euolent; illi vero aliquod saltem tormentorum leuamen sentiant. Huc responde mihi visus est David vates cum diceret:

Auditui meo dabis gaudium, & latitiam, & ex Psal. 50. ut abutant offa humiliata: scio quidem hoc non minus de resurrectione generali in qua mortuorum corpora ad Angelicæ tubæ clangorem, quā ad iudicium ac deinde ad gloriam euocabuntur sepulchrīs, immortalitatis & gaudij gloria rutilantia egredientur, posse intelligi. Sed alio sensu & quidem mystico de animabus Purgatorio detentis intelligimus, quæ auditis hodie precibus in eorum fauorem effusis mirum in modum exultant magnoque iubilo profunduntur: eas autem eleganter per offa humiliata designari existimo, quæ nimirum toties coram diuinā misestate se se humiliarunt.

Et bene, mea sententia, ait offa humiliata, & non caro. Peccatores enim carnales nimis homines, qui carnis delicias semper cōfessati sunt, eamque nimis tenere fouendo ad tartari abyssum decoluti, ad preces Ecclesie

Plutar. in  
problem. Ha-  
licarn. lib. 5.

Eſai. 18.

clesia non exultant cum eius suffragia illis nequeant prodelle. Sed sola ossa, homines in qua sancti ac mundi contemptores, qui in vasta quadam solitudine praeconiti iam agentes (Antonios, Paulos, Hilariones, Macarios intelligo) ipsi mundo adeo exsucci videbantur, ut praemacie ex inedia contracta, exsanguia quædam, ossa & emedullata caduera viderentur. Deinde ait: *ossa humiliata*, qui soli humiles, dura inquam illa ac solida ossa, & heroica quadam constantia & virtutibus affirmata, qui nimis toties genua cotæ diuinæ maiestatis oculis curvabantur, in altero mundo recreari merebantur; non vero ossa illa superbia & ambitione turgentia, qui se se numquam sub potenti Dei manu humiliare, aut submissæ de seipsis sapere voluerunt.

*Dicuntur Elephanti*, vasta illa animalia, quod eorum crura ex unico tantum constant ossa, sine ulla nodo, aut articulo, quicquid numquam crura incurvant, cum semel ad terram prostrati fuerint, non posse se rursus in pedes erigere, arque ita facile in venantium potestatem concedere. At alia animalia, quæ exiguis constant ossibus, ac variis habent in cruribus vertebrae, easque flexibiles, licet ad terram concidant, leui se negotio iterum subrigunt, seseq; in fugam coniiciunt. Idipsum mihi de damnatis hic dicere licet: eos nimis totius cum instar brutorum Elephontorum in mundo vixerint, ossa & latera continua inarticulataque habentes; & numquam genua flectere, & ferreum magni Judicis legibus submittente cor voluerint, si semel ad inferos præcipites ruant, nunquam deinde amplius ad vitam posse resurgere. Sed humiles illos electos, de quibus in Euangeliō dicitur: *Sine separauulos venire ad me*, qui nimis toties corpus & ossa ad Dei obsequium incurvauunt, quippe si toties coram maiestate eius humiliarunt, licet ad purgatorium usque deciderint, faciliter negotio posse resurgere, & ad precum nostratum auditum magna letitia & exultatione, iuxta Prophetæ verba: *Exultabunt ossa humiliata*, perfundenda.

Hinc factum est, ut veteres illi Patriarchæ semper iuxta Jerosolymam, aut saltem in

Palæstina sepeliri voluerint: spiritu namque Propheticæ augurabantur force, ut post templi illius splendidi exstructionem, sacrificia ibidem ac preces pro mortuis Deo offerrentur: atque ideo haud procul à ciuitate sancta: Jerusalem humani cupiebant, ut scilicet ossa eorum, preces quodammodo audiendo, & Sacrificiorum nidotem odorando, ad meritorum participationem exultarent. Ne vero me existimeris fabulas aurugas vendere, inspicite cap. 50. Genes. & videbitis Patriarcham Joseph lecto ad mortem usq; affixum enixe a fratribus postulantem, diligentem viri sui corporis à morte rationem haberent, neque ossa sua in Ægypto idololatria infami, & in qua nulla mortuorum habebatur ratio, sinerent putescere, sed secum eadem in terram Chanaan asportarent, in qua tot pro ipsis sacrificia, & victimæ immolati, rotali quando orationes fundi debebant.

Quamobrem Christiani, vnum hoc nostrum hodie ac toto vite tempore sit, studium pro fidibus defunctis ferventissime ad Deum preces effundere, eorumque nullo non tempore memoriam facere. Moneant nos, obsecro tormenta & supplicia quibus excruciantur, ut querimonis eorum aures accommodemus, eorum necessitatibus subueniamus, & reipsa iam ostendamus, quo eos olim amore, quo affectu fuerimus prosecuti. Marcus Tullius tribus potissimum Cicero in de causis nos à Deo conditos asserit: Non solum officium enim, inquit, nobis natus sumus, sed ortus nostri pars patriæ, pars parentes, pars amici vendicant: amici quidem ut diliguntur, parentes, ut colantur, patria vero, ut ab hostium incursu defendatur. Idem mihi quoq; defunctorum memoriam dicere non licet & sane si patroice eadem verba expressero, sanctius multo & melius mihi videor conclusurus: Non solum nobis natus sumus, sed ortus nostri pars Ecclesia, pars Sancti, pars sibi mortui vendicant: Ecclesia quidem, quod nostra vere sit patria. Sancti quod parentum nobis loco sit; mortui deniq; quod instar amicorum habendi, quodque nostra hodie preces etiam atq; etiam implent. Igitur quantum in nobis est, eos adiuuemus, ac divinam misericordiam solli-

solicitus pro iisdem exoremus, ut nimis  
cum misereatur, poenas minuat, temporis  
spatium abbreviet, nostras orationes eorum  
que querimoniae & lachrymas non respueat,  
denique eas acribus purgatoriis flammis cri-  
piat. Quamobrem toto vita tempore sem-  
per pro iisdem Dominum inuocemus, dicea-  
tes: Requiem eternam dona eis Domine, & lux  
perpetua lucent eis.

Et sane ô pater misericordiarum, & to-  
tius consolationis Deus, viuorum ac mor-  
tuorum Iudex æquissime, supplices te ho-  
dierna die deprecamur, ut captiuarum illa-  
rum virginum lamenta, suspiria, clamores,  
lachrymas benignus exaudias: ac tristes  
creaturarum tuarum gemitus attendas, quæ  
iam à tot annis, tamq; grauitate, & tam atroc-  
ibus apud inferos in iustitia tua carceribus  
supplicis excruciantur. Noli quæsto cle-  
mentissime ac benignissime Deus aures corū  
questibus occludere, qui noctes & dies de  
profundis terre visceribus ad te inclamant,  
ita namque sortem eorum describens Psal-  
mographus ait: De profundis clamaui ad te  
Domine, exaudi orationem meam; Fiant aures  
tua intendant in vocem depreciationi mea.  
Quare age fidelium omnium conditor, eo-  
rumque animarum Redemptor, misericordiam & gratiam illis impertire, & veniam  
misericordissima pietatis tuae omnia illo-  
rum peccata extingue, & vniuersalem o-  
mnia illis delictorum veniam concede, vt  
indulgentiam quam semper optauerunt,  
piis supplicationibus consequantur: & te-  
tris illis carceribus egredientes libertatis æ-  
ternæ compotes efficiantur, ac recta ad bea-  
torum gloriam & requiem sempiternam,  
quam ipse beatitudinis status secum trahit,  
perueniant: ad quam nos Pater, &  
Filius, & Spiritus Sanctus  
perducere dignen-  
ter.

Psal. 119.

IN FESTO S. MARCEL-  
LI EPISCOPI ET CON-  
FESSORIS.

Potest esse commune de Episcopo aut  
Confessore quocunq;.

## Partitio.

1. *Quæduæ sint dotes Episcopales.*
2. *De doctrina Episcopæ.*
3. *De vita ac virtute Episcopali.*
4. *De dictiorum omissione Episcopali.*

*Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis pla-  
cuit Deo. Eccl. 4.4.*

## FIGVRA.

I Nter ceteros quos Romana Respubl. tulit  
I viros virtute & rerum gestarum gloria in-  
signes ac bello & pace nobiles, non postre-  
mum, meo quidem iudicio, locum obtinet  
magnum ille Marcellus, qui Hannibale Italie  
incumbentem profigauit, quintum Consul  
fuit; ac variis in Rempub. collatis beneficiis,  
egregiam virtutis & fortitudinis apud po-  
steros famam & nomen est consecutus. Non  
minorem vero laudem mihi cōmeritus vi-  
detur Marcellus Parisiensis, magnus ille Iesu  
Christi athleta, qui toties in vita, non dico  
Hannibalem, sed ipsum diabolum fregit, ac  
supererat: qui quidem non Consul Roman.  
sed Praefectus Parisiensis exitit, multis in Rem-  
publ. Christianam meritis celebris, & fidei  
Catholicae propagatione nobilis. Eius hodie  
vobis elogium hic celebrabo, si sanctissimus  
ille spiritus auxilij sui zephyro, ac gloriosissi-  
ma Dei mater Maria intercessionum suarum  
fabris cymbalam meam propellere dignen-  
tur. Quare solita eam compellemus salutan-  
di formula.

## AVE MARIA.

Apostolus Paulus cum virtutes & quali-  
ties in Episcopo requisitas Timotheo suo<sup>1. Tim. 3.</sup>  
præ-